

Rhormann, Balzh. M. 1650. Sept 27.
aus Ungarn zurückgeh.

AVE & VALE

Rhormanno-Aurifianum

&

Aurifio-Rhormannianum

ad

*declarandam animi cum sui tum Aurifienfium
affectionem explanatum*

a

VALENTINO Gänfftleben /
p. t. Notario Aurifienfium.

VRATISLAVIÆ

Typis BAUMANNIANIS,

Exprimebat GOTTFRIDUS GRÜNDER,

Anno M DCL.



50785 Mus

401
9

non intersit zizania vel lolium. Non omnes sancti, qui calcant limina templi. Sed satis de desiderio & amore nostro, in quo describendo, vereor, ne nimis prolixus fuerim; in primis, cum V. Rev. Dign. jam ante constet, nec ullum de eo sit dubium. Quæ non minus impensè nos redamat & paterno affectu prosequitur: proindeque mutui affectus sui & amoris erga Nos haut dubium edidit specimen, eo ipso, quod acceptis Generosissimi Domini Nostri, jam *cu dixit*, Senatusque literis, nullâ cum carne & sanguine, vestro epistolio teste, deliberatione habitâ, precibus nostris tandem locum relinquere, tam longinquum & periculosum iter ad Nos relegere, pristinamque functionem Ecclesiasticam in se recipere non distulit, aut omninò recusavit. V. Rev. Dign. immortalem meretur gratiam, quod Generosissimi Domini Nostri beatæ memoriæ, Senatûsq; literis accersita, & è Pannoniâ revocata ad pristinam functionem Ecclesiasticam Aurisii hac die sese stitit, cum Reverendo & Doctissimo Dn. Collega sua nullam non impensura operam, ut in Ecclesia nostra Aurisienti, perinde atque hactenus factum est, omnia fiant ordine & decenter. Gratulamur V. Rev. Dign. de incolumitate vitæ suæ & fausto Reditu; gratulamur nobismet ipsis de animi vestri in Nos propensione benevola & paterno affectu, Vestramque Præsentiam grato animo agnoscimus & dignis laudibus extollimus, pollicentes vicissim studia nostra, quantum in nobis erit, debitam reverentiam & obedientiam. Quod restat Deo Ter O. M. maximas agimus gratias, quod V. Rev. Dign. per Angelum Raphaëlem itineris comitem salvam ac incolumem reduxit, & nobis reddidit. Cujus Divinæ Protectioni V. Rev. Dign. iterum iterumque commendaram volumus, felicem omnium rerum successum unanimes & uno ore apprecantes, & pro bono omine reputantes, quod Reditus è Pannonia longè felicior quam hinc illuc discessus fuerat. Precamur

mur V. Rev. Dign. Spiritus Sancti gratiam & robur, longævam & tranquillam vitam, concordiam, constantiam, corporis animæque Salutem! Faxit DEUS T. O. M. ut V. Rev. Dign. in vinea Jesu Christi omnes actiones suas in Divini Nominis Gloriam, nostrarumque animarum salutem dirigat, probos foveat, lapsos erigat, immorigeros & improbos coërceat, & ad Christum feliciter convertat, mercedem laborum & industriæ Vitam æternam & Beatitudinem in coelis referat, & denique novissimo existente Die jucundam Christi vocem lætæ audiat: Euge serve bone; fidelis fuisti in parvo, majora tibi committam; intra in gaudium Domini tui. Quod ut fiat, faxit Sacrosancta Trias! Amen.

*M*usarum Decus, artium Magister,
Divini Reverende Præco verbi,
Mæcenas Philomuse, egentium Spes,
Salve, Salve, iterumque Salve, ab oris
Longinquis veniens redux, Jehova
Autore & comite, ad lares paternos
Expectate diu. Diu Baronum
Te Saurmanniaca Hæc Domus celebris
In votis habuit, Senatus atque
Cives Oppiduli hujus universi.
O præclara Dies! amica Nobis
Et jucunda Dies! Baro videre
Leutholdus Generosus hancce dudum
Optavit, nisi fata summa NOBIS
Præter spem, dolor ab! Eum abstulissent.
Est incerta adeo usque nostra vita.
Est mors certa, dies & hora mortis

Incerta: est dubium genusq; mortis.
 O si viveret & superstes esset !!
 Nobiscum sua gaudia indicaret
 Felicem ob Reditum diu petiti
RHORMANNI. Vidua, suaq; Proli,
 Exspirans animam, velut refertur,
 Commendavit enim subinde Doctum
 Rhormannum, celebrem Magistrum; ab ore
 Ejus pendeat ut relicta Conjux
 Et Proles Generosa, Patris instar
 Audiretq;, in honore magno haberet:
 O lux grata Senatui & Scabinis.
 Adventus Domini sui Magistri
 Rhormanni, haectenus omnibus petiti !!
 In Te spem posuere Disciplina,
 Doctrinae, ordinis, integraq; vitae.
 Et non hoc ideo, quod increpandus
 Hic Pastor Reverendus esset ullam
 Ob culpam. Satis eruditus iste est
 Et gravis. Sed habes peculiare,
 Vir clarissime (non adulator unquam)
 Donum praereliquis, rudes docere,
 Ac immorigeris, ut arduum est hoc !!
 Frena imponere, & edomare prava.
 Oderunt, ut Horatius Poeta
 Inquit, quippe Boni patrare crimen
 Virtutis studio, Mali abstinent ob
 Penam. Non eadem bonis malisq; est.
 Natura, indolis intimaq; dotes.

Uti

Ut dispar studium, cupido dispar,
 Affectusve & amor Dei, Deiq;
 Verbi, sic quoq; disciplina dispar
 Certè hic exigitur. Coercentur
 Pravi, ast admoneantur ut caduci.
 Non cujuslibet est domare prava,
 Frenare indomitos, ut aequè ametur
 A cunctis: aliquando disciplina
 Astricta est opus, & remissiori
 Nonnunquam, prout id requirit aetas,
 Sexus, conditio, indolesq; tempus.
 Hoc in Te positum est, ad ima cordis
 Dicendo penetrare, flammeamq;
 Iram ponere cui libet Jehova
 Irati ante oculos, minusq; firmos
 Solari, erigere atq; sublevare.
 Hoc, Desiderium Tui, auxit: omnes
 Idcirco unanimes suum Magistrum
 Rhormannum voluere, conciones
 Rursum audire sacras, & audientes
 Dicto esse. Haectenus haec meas ad aures
 Pervenere, ubi colloqui facultas
 Esset. Num quoq; serio locuti
 Aequè omnes fuerint, Jehova novit,
 Qui vel pectoris intima ipsa novit.
 Utcunq; hoc fuerit, sibi Baronum
 Stirps isthaec Generosa gratulatur
 Saurmannorum, ut & orba Patre proles
 Cum chara Genitrice, de Reverse

Rhor

AVE LÆTIFICUM,

sive

EXCEPTIO GRATULABUNDA

d. 27. m. Septemb. anno 1650 facta.

Am tandem per DEI gratiam illuxit illa lux, admodum Reverende, Clarissime & Doctissime Dn. M. BALTHASAR RHORMANNE, Fautor plurimum observande, jam tandem, inquam, divina aspirante gratiâ Dies illa exorta est, qua Vestra Reverenda Dignitas unumquemque nostrum voti sui compotem fecit, & flagrantissimum cujusvis desiderium adventu suo explevit. Auditum mirabile & vix credibile est, quanto amore erga Vest. Rev. Dign. Aurisenses hætenus flagraverint, quantumque desiderium jucundissimi aspectus alloquiique vestri eosdem tenuerit. Quotiescunq; & ubicunque V. Rev. Dign. facta est mentio, verba in hunc tenorem fiebant: Utinam Dn. Magister Rhormannus nunquam demigrasset! utinam etiamnum nos doceret! Est enim vir incomparabilis tam quoad Doctrinam quam quoad Vitam. Hæc & similia omnes uno ore loquebantur. V. Rev. Dign. dexteritate ingenii, sinceritate Doctrinæ, severitate disciplinæ, & integritate vitæ suæ omnium amorem & favorem sibi conciliavit, & quidem usque adeò, ut facile crediderim, quamplurimos Aurisensium, si commode fieri potuisset, in Pannoniam tum discedenti V. Rev. Dign. comites ituros, & Aurisium cum Casovia commutatuos fuisse: ut V. Rev. Dign. de se verè prædicare, sibi que usurpare queat, quod Poëtæ de Orphea comminiscuntur, qui lyrâ suâ sylvas & saxa commoverit, & se sequi fecerit.

Habet nunc Generosissimum & Nobilissimum Stemma Baronum à Saurman; habet hoc Oppidulum Aurisium,
de

de quo sibi gratuletur, & quem hætenus tam anxie desideravit. Nec est quod quisquam existimet, admodum Reverendum & Doctissimum Dominum Casparum Clodvigi-um interea temporis munere suo Ecclesiastico perfunctoriè aut negligenter functum esse, vel cuiquam defuisse, vitamve Doctrinæ minus conformem egisse. Horum quicumque nemo bonus, me iudice, salvâ conscientiam de eo affirmare potest. Utinam quilibet juxta sacras ejus conciones vitam suam instituisset, & dicto audiens fuisset! utinam quilibet vitam ejusdem inculpatam pro norma vivendi sibi proposuisset! Desiderium, amor & affectus noster erga V. Rev. Dign. jam tum coepit, & inde originem suam traxit, quod V. Rev. Dign. per aliquot annos tempore bellicoso in statu turbulentissimo imperterrita & constans officio suo sacrosancto hinc Aurisii functa est; gladio Spiritus & devotis precibus non ferreis armis pro oviculis suis animo planè indefesso pugnavit; Magistratui subinde exigente & urgente necessitate à latere stetit: in medium consuluit: & perinde ac gallina glocitans pullos suos vel cum præsentissimo vitæ suæ periculo defendens, periculo sese exposuit, incolas ob intolerabiles militum injurias aliè demigratuos constantiam suam animavit & detinuit, inopumque inopiam elemosynis sublevatum ivit, ut paternas & fideles adhortationes ad bonum, & dehortationes à malo, disciplinam Ecclesiasticam, concionesque divino Spiritu & solamine plenas tacitus prætermittam. Quotusquisque non intelligit? quantum V. Rev. Dign. vitæ ac morum integritate profuerit, & optimum quemque sibi optimè affectum reddiderit. Inde amor, inde affectus, inde desiderium nostrum est, & tam altas radices in cordibus Aurisensium egit. Quod quidem de omnibus & singulis indistinctè affirmare non ausim; cum non hominis sed solius Dei sit corda scrutari. Nec ulla est adeò pura seges, cui

non intersit zizania vel lolium. Non omnes sancti, qui calcant limina templi. Sed satis de desiderio & amore nostro, in quo describendo, vereor, ne nimis prolixus fuerim; in primis, cum V. Rev. Dign. jam ante constet, nec ullum de eo sit dubium. Quæ non minus impensè nos redamat & paterno affectu prosequitur: proindeque mutui affectus sui & amoris erga Nos haut dubium edidit specimen, eo ipso, quod acceptis Generosissimi Domini Nostri, jam *cu dignis*, Senatusque literis, nullâ cum carne & sanguine, vestro epistolio teste, deliberatione habitâ, precibus nostris tandem locum relinquere, tam longinquum & periculosum iter ad Nos relegere, pristinamque functionem Ecclesiasticam in se recipere non distulit, aut omninò recusavit. V. Rev. Dign. immortalem meretur gratiam, quod Generosissimi Domini Nostri beatæ memoriæ, Senatusque literis accersita, & è Pannoniâ revocata ad pristinam functionem Ecclesiasticam Aurisii hac die sese stitit, cum Reverendo & Doctissimo Dn. Collega sua nullam non impensura operam, ut in Ecclesia nostra Aurisienti, perinde atque hactenus factum est, omnia fiant ordine & decenter. Gratulamur V. Rev. Dign. de incolumitate vitæ suæ & fausto Reditu; gratulamur nobismet ipsis de animi vestri in Nos propensione benevola & paterno affectu, Vestramque Præsentiam grato animo agnoscimus & dignis laudibus extollimus, pollicentes vicissim studia nostra, quantum in nobis erit, debitam reverentiam & obedientiam. Quod restat Deo Ter O. M. maximas agimus gratias, quod V. Rev. Dign. per Angelum Raphaëlem itineris comitem salvam ac incolumem reduxit, & nobis reddidit. Cujus Divinæ Protectioni V. Rev. Dign. iterum iterumque commendaram volumus, felicem omnium rerum successum unanimes & uno ore apprecantes, & pro bono omine reputantes, quod Reditus è Pannonia longè felicior quam hinc illuc discessus fuerat. Precamur

mur V. Rev. Dign. Spiritus Sancti gratiam & robur, longævam & tranquillam vitam, concordiam, constantiam, corporis animæque Salutem! Faxit DEUS T. O. M. ut V. Rev. Dign. in vinea Jesu Christi omnes actiones suas in Divini Nominis Gloriam, nostrarumque animarum salutem dirigat, probos foveat, lapsos erigat, immorigeros & improbos coërceat, & ad Christum feliciter convertat, mercedem laborum & industriæ Vitam æternam & Beatitudinem in coelis referat, & denique novissimo existente Die jucundam Christi vocem lætæ audiat: Euge serve bone; fidelis fuisti in parvo, majora tibi committam; intra in gaudium Domini tui. Quod ut fiat, faxit Sacrosancta Trias! Amen.

*M*usarum Decus, artium Magister,
Divini Reverende Præco verbi,
Mæcenas Philomuse, egentium Spes,
Salve, Salve, iterumque Salve, ab oris
Longinquis veniens redux, Jehova
Autore & comite, ad lares paternos
Expectate diu. Diu Baronum
Te Saurmanniaca Hac Domus celebris
In votis habuit, Senatus atque
Cives Oppiduli hujus universi.
O præclara Dies! amica Nobis
Et jucunda Dies! Baro videre
Leutholdus Generosus hancce dudum
Optavit, nisi fata summa NOBIS
Præter spem, dolor ab! Eum abstulissent.
Est incerta adeo usque nostra vita.
Est mors certa, dies & hora mortis

Incerta: est dubium genusq; mortis.
 O si viveret & superstes esset !
 Nobiscum sua gaudia indicaret
 Felicem ob Reditum diu petiti
RHORMANNI. Vidua, suaq; Proli,
 Exspirans animam, velut refertur,
 Commendavit enim subinde Doctum
 Rhormannum, celebrem Magistrum; ab ore
 Ejus pendeat ut relicta Conjux
 Et Proles Generosa, Patris instar
 Audiretq;, in honore magno haberet:
 O lux grata Senatui & Scabinis.
 Adventus Domini sui Magistri
 Rhormanni, haecenus omnibus petiti !
 In Te spem posuere Disciplina,
 Doctrinae, ordinis, integraq; vita.
 Et non hoc ideo, quod increpandus
 Hic Pastor Reverendus esset ullam
 Ob culpam. Satis eruditus iste est
 Et gnarus. Sed habes peculiare,
 Vir clarissime (non adulator unquam)
 Donum praereliquis, rudes docere,
 Ac immorigeris, ut arduum est hoc !
 Frena imponere, & edomare prava.
 Oderunt, ut Horatius Poeta
 Inquit, quippe Boni patrare crimen
 Virtutis studio, Mali abstinent ob
 Penam. Non eadem bonis malisq; est.
 Natura, indolis intimaq; dotes.

Ut dispar studium, cupido dispar,
 Affectusve & amor Dei, Deiq;
 Verbi, sic quoq; disciplina dispar
 Certè hic exigitur. Coerçantur
 Pravi, ast admoneantur ut caduci.
 Non cujuslibet est domare prava,
 Frenare indomitos, ut aequè ametur
 A cunctis: aliquando disciplina
 Astricta est opus, & remissiori
 Nonnunquam, prout id requirit aetas,
 Sexus, conditio, indolesq; tempus.
 Hoc in Te positum est, ad ima cordis
 Dicendo penetrare, flammeamq;
 Iram ponere cuilibet Jehova
 Irati ante oculos, minusq; firmos
 Solari, erigere atq; sublevare.
 Hoc, Desiderium Tui, auxit: omnes
 Idcirco unanimes suum Magistrum
 Rhormannum voluere, conciones
 Rursum audire sacras, & audientes
 Dicto esse. Haecenus haec meas ad aures
 Pervenere, ubi colloqui facultas
 Esset. Num quoq; serio locuti
 Aequè omnes fuerint, Jehova novit,
 Qui vel pectoris intima ipsa novit.
 Utcunq; hoc fuerit, sibi Baronum
 Stirps isthac Generosa gratulatur
 Saurmannorum, ut & orba Patre proles
 Cum chara Genitrice, de Reverso

Rhormanno eximio viro & Magistro.
 Is cui Dexteritas tua atq; candor,
 Virtus, & pietas, opem ferendi.
 Ardor, consiliq; promptitudo,
 Ante innotuit, Is sibi, Magister
 Excellens, quoq; gratalatur æque
 De fausto Reditu tuo. O beata!
 O jucunda Dies! Dies notanda!
 O Rhormanne, Vir inclyte, & colende,
 Fautor, gratus ades, tunsq; nostras
 Mentis exhilarat, beatq; felix
 Et gratus reditus. Quid ergo restat
 Præter vota pia? Ipse Jova faxit!
 Nobiscum incolumis diu supersis,
 Doct̃or candidus, Orthodoxus, atq;
 Sincerus, doceas viam salutis
 Æternæ populum hunc tuum, salutis
 Æternæ cupidum: feras opemq;
 Promptam pauperibus; gerasq; curam
 Totius populi. Meiq; tandem
 Curam suscipias; nec abnegato,
 In TE Consilii Officiq; promti
 Quodcumq; est, mihi, id oro. Jova faxit!!
 Doctrina atq; piâ integrâq; vitâ
 Multum proficias, tui & laboris
 Mercedem referas Beatiorem
 Vitam, Latitiam Poli perennem, &
 Immarcescibilem Coronam HONORIS.


VALE.

VALE DOLORIFERUM

Sive

VALEDICTIO GEMEBUNDA

d. 27. m. ^{Nov}Septemb, anno 1650. facta.

1.  No so ist der Tag verhanden?
 Da der weitberühmte Mann/
 Der zu uns auß Ungerlanden
 Kam nach Aures wieder an/
 Soll nach Wolaw sich begeben/
 Seine Stimm allda erheben.

2. Wie wird Er ihnen preisen
 Gottes Gnad vnd Gütigkeit!
 Vnd den Weg zum Himmel weisen.
 Wie wird Er allezeit
 Sünd' vnd Lastern widerstehen!
 Ihnen als ein Licht vorgehen.

3. Aures weiß davon zu sagen:
 Aures hat viel Trost vnd Lehr
 Jederzeit davon getragen:
 Darumb sie auch also sehr
 Ihren Seelenhirten lieben/
 Vnd sich billich nun betrüben.

4. Jedoch lindert ihre Schmerzen/
 Daß Er in der Nachbarschafft
 Werde seyn / vnd ihrem Herzen
 Dennoch Trost vnd Lebenssaft
 Guter Lehre werde bringen/
 Wann sie Noth vnd Tod umbfingen.

5. Cassaw wil Herrn Kohrman haben:
 Cassaw die berühmte Stadt
 Rühmet dieses Mannes Gaben /
 Vnd begehrt Trost/ Hülff vnd Rath
 Von ihm in den grossen Nothen/
 Weil man ihre Seel wil tödten.

6. Ander Städte zu geschweigen /
 Welche schriftlich kund gethan /
 Wie sie freundlich sich erzeigen:
 Alle bitten omb vnd an:
 Geben ihm gebührend' Ehre/
 Wegen der geistreichen Lehre.

7. Aber Gott/ in dem wir leben/
 Weben / vnd auch sind / der hat
 Vns vnd Ihnen Jhn zu geben
 Jetzt nach seinem weisen Rath
 Vntersaget / vnd geschencket
 Euch Wolawern/das bedencket.

8. Nun wolan / es ist gelungen /
 Wolaw / einig dir allein.
 Cassaw / Aures ist verdrungen.
 Doch ich sage darzu: Nein.
 Aures kan Herrn Kohrman haben/
 Vnd genießen seiner Gaben.

B

9. Gott

9.

Gott verleihe seinen Segen!
Daß die Arbeit grosse Frucht
Schaffen möge allerwegen.
Gott hat vns anheimgesucht
Mit viel Straffen: Nun wir haben
Frieden/ vnd des Friedes Gaben.

10.

Gott sey stets dafür gepreiset!
Daß er vns die Kriegeslast
Abgenommen/ vnd erweise
Seine Liebe/ welche fast
Sich ließ ansehen als verlohren:
Nun sind wir / wie new gebohren.

11.

Nebenst diesem Friede gibet
Gott vns auch sein reines Wort:
Weil er vns inbrünstig liebet.
Müßt Ihr gleich in andern Ort/
Herz Magister / sekund kommen/
Seyd Ihr vns doch nicht benommen.



12.

Mit Gebet vnd gutem Willen
Bleibet Ihr der Vnsrer noch.
Könnt vns manchen Kummer stillen.
Und wir halten auff Euch doch/
Daß Ihr vns nicht werdet lassen/
Solt vns Seelen-Angst anlassen.

13.

Lasse Gott nun euer Würden
Bey der schweren Kirchenlast/
Welche sie Ihr jetzt auffbürden/
Da sie wenig Ruh noch Kast
Hoffen dürffen/ dennoch leben
Kuhig vnd gesund darneben!

14.

Daß das Wort des Herren schalle/
Vnd Frucht bringe für vnd für!
Wünschen wir einmütig alle.
Gott verleihe! daß dann Ihr/
Wie Ihr vns hier lehrt vnd weist/
Mit vns Gott im Himmel preiset.

1. Cantus. à 3. Voc. Ch. W.

Wie kömmt das arme Volk ein-mü-tig vnd mit Hauffen/ zum Herrn Ma-gi-ster
an in schneller Eil gelauffen? Wil hören was er sagt/wann Er den Abschied nimbt/
weil ihm zu Wolaw ist forthin sein Ambt be- stimt:

2. Cantus.

Basfus.

1. Can-

Über den völligen Abscheid.

Wie kömte das arme Volck einmütig vñ mit hauffen
Zum Herrn Magister an in schneller Eil gelauffen?
Wil hören was Er sagt / wann Er den Abscheid nimt:
Weil Ihm zu Wolaw ist forthin sein Ambt bestimt /
Sein heilig Predig-Ambt. O welch ein hertzlich sehnen!
Es werden beyderseits vergossen sehr viel Thränen /
Dasß der gewünschte Wann (nachdem von Cassaw Er
Raum wiederumb zu Uns nach Aluxes kommen her)
Soll alsobald von hiernach Gottes Rath vnd Willen
Auff Wolaw reisen zu. Es wolle Gott erfüllen
Die Wünsche / so von vns sind beyderseits geschehn!
Dasß wir einander oft in Fried vnd Freuden sehn!
Ein solcher Lehrer kan sich glück = vnd selig preisen /
Wann Er an ander' Ort mit solchem Ruhm mag reisen.
Sehabet Euch nun wol / Herz Rohrman / allezeit:
Auff Erden habt Ihr Lob / im Himmel Seligkeit.



Mf.40085

S a e n f f t l e b e n Valentin

Ave et vale...

Wrocław, typis Baumannianis... 1650. 4^o k. 6

Karta B_{2r}: "Wie kommt das Arme Volck" à 3 Voc. Ch[ris-
toph/ W[ilisch] (C I, C II, B)

MIKROFILM 35 mm

negatyw 1+1 zwol

pozytyw ——— zwol

50185 Muz.

Mus. 401,9